Primum cum certum sit istas duas admi-
nistrationes esse distinctas et diversas, nempe
Ecclesiasticam et politicam, quas mire
confudit et miscuit Satan per papam,
in nobis acriter vigilandum est ne
committendum, ut denuo confundantur,
nec illi cedendum aut consentiendum
ut confundantur, hac non esset furibus et
latronibus participare, cum a divina
est haec authoritas, quod praecipit eas
diversas et non permixtas servari, id
vos autem non sic

Secundo ex hac sequitur quod eadem persona
non possit esse Episcopus et princeps, nec
simul pastor et paterfamilias, nisi
intelligitis hic satis quod velim personas
non permixtas, sicut non administrationes
volo, etiamsi idem homo utraque
gerere possit. Et ideo Pomeranus pos-
sit esse parochus et oeconomus, non
n. Episcopus tribuere, si qui boni
inter eos sunt. Sic Conradus a Tun-
gen idem homo, est dux Franciae
et Episcopus Herbipolensis, cum tamen
dux Franciae non possit esse Episco-
pus Herbipolensis. Haec sic verbose coram